



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Cap. 1. Affectuum vis & præstantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



DE
AFFECTIBVS.
LIBER OCTAVVS.

Affectuum vis, & praestantia.

CAPVT PRIMVM.

*De Deo in
uentis, se
orator in
affectibus
ambulat.*



Eleberrimum est diuini vatis oraculum, Deum super pennas ventorum ambulare, quod dicto, eximia quaedam, veluti aurigantis Dei species, humanis penè subijcitur oculis. Noster autem orator, numinis quædam portio, & excellens imago stupendæ illius maiestatis, affectibus, quasi ventis rapitur, & eos ipsos in auditorum animis excitare solet. Taceant Poetae Aeolum suum, qui *luctantes ventos, & sonoras* (vt aiunt) *tempestates* moderatur: Et modò quidè coercet, ac mitigat, modo velut sonitu, & terroribus armatas acies emittit. Nihil oratore admirabilius, qui non modò affectuum, quasi ventorum habenas dare nouit, & restringere. Verù ipsis penè tonitruis, ac fulguribus, amplo quidem illo, & terribili satellitio circumuallatus, stipatusque esse videtur; quod de Atticæ eloquentiæ principe, non in scitè dixit Lucianus, eù pro satellibus quasi potentissimum Regem *ἑπουράς ἢ ὄσπρανός*, habuisse memorans. Atq; eius quidem eloquentiæ, quæ in affectibus dominatur, summum est imperiù, nam cæus hominù tenet, mentes allicit, volunreres impellit, quo vult, & vnde vult deducit, opem fert supplicibus, excitat afflictos, reis dat salutem, liberat periculis, ad summù, mirè quandà tyrannidè in pectoribus

*De affectibus Cicero
legend. 2. de
orat. 205.*

*Demosth.
satellites
coniunctionis.
& tonitrua. Ci-
cero de
Orat.*

hominum constituit. De hac licet illud Pindari pronuntiare.

*Κοῦ τὸν ἀχματὸν κεραιὸν ὁ θεννέης
Αἰὼν τὰ υἱὸς, ἔτι
Δεῖδ' ἀνὰ πλάγῃ Διὸς ἀγρὸς ἄ
Κεῖαυ μὲν ὕψ' ἀμφοτέρω
Ὀυρανδορούς.*

Et Iouis cupiditatum fulmen extinguit, & pertinacis virgilia Aquilam inducit in sporem, ipsum denique Ionem, intus sensibus delinitum treillat, & potentius insectus. Quæ rationes efficiunt, vt affectuum, in sublimi præsertim eloquentia vsus sit frequentissimus, & cognitio pernecessaria, de qua, vt quæ ad Rhetores attinent, liquidius pertractemus, nonnulla primum, de affectuum definitione, & causis præmittenda sunt.

Affectuum definitio, causa, diuisio.

CAPVT II.

DEUS cum hominem primum fingeret, simul cum anima varios illi affectus, quasi futuras virtutum cotes indidit, quos si Stoica falce velis rescindere, stipitem facies ex homi-

*Laetantibus
Affectibus
cotes virtutum
tum
Pestiferum
ingentium
ἀσέγγυον.*